Sit omnibus notum quod Ego Guillelma uxor Guillelmi de Mas partus parroche sancti Martini veteris libera ab omni dominio temporali gratis et consulte, euenio et facio me feminam propriam et solidam monasterii sancti Danielis Gunde et uestri domine Beatricis dei gratia abbatisse dicti monasterii cum omni prole mea nata et nascitura pro eo quod ueni ad mansum partus qui est de uestro dominio, et ibi duxi in uirum dictum Sanctum de Mas partus hominem uestrum proprium et solidum. Promittens esse fidelis et legalis uobis dicte domine abbatisse et dicto uestro monasterio de corpore et auere et nichil facere uel procurare quare uos seu dictum uestrum monasterium possitis me amittere et alius dominus me lucraretur. Et in presenti facio homagium manibus Castiliono Rochery clerico procuratori generali dicti monasterii recipienti nomine uestro et dicti uestri monasterii. Actum est hoc xiiii° kalendas ffebr. Anno domini millesimo ccc° vicesimo quarto.

Signum Guillelme predicte quod hec firmo et laudo.

Testes huius rei sunt Arnaldus de Torrente et Michael Borrelli sartor de Gerunda.

Ego Franciscus Simonis publicus notarius substitutus auctoritate regia a R° Simonis de Toylano publico Gunde notarii hec scribi feci et clausi.

19-1-1325

581

Instituto de homenaje [illegible] por Guillema muller de Guillem Cartus per raho de ser entrada en lo mas Cartus de St Martí vell en favor de St Daniel

N. 2 del segon Plec de St Martí vell

40 f 232

T. 240 x 155

(608)

Homenages del mas pocens de St Martí vell

N. 17 Homenaje de S. Martí vell de lo 21 p 17